



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. LXVII. De Bello Sambitarum, Devastatione territorii Girmovv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus Landgr. Thur. V. Mag. Generalis Ord. Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis in Prussia.*

Privilegium, qvod vocatur Culmense datum est An. 1233. Cum Provincia Pomesanensi deinde Pacta quædam intercessisse testatur Dusburgensis part. 3. cap. 14. An verò cum Pogesanis pacta peculiaria sint sancita non memorat Dusburg. cap. 15. Posthac cum Natangi, Warmiens & Barthenies essent subacti, hæc ipsa Pacta An. 1249. sancita esse putamus, tametsi Dusburgensis eorum cap. 27. nullam faciat mentionem. An sint An. 1251. renovata, non liquet. Sed neque cognosci potest, utrum cum Sambiensibus aliisque Prussicis gentibus postea sub jugum Cruciferorum actis aliqua intercesserint Pacta; cum Dusburgensis nihil de iis habeat *Vid. infra cap. 70. 72.*

CAP. LXVII.

De

Bello Sambitarum, Devastatione terribilis Girmovv.

Multa bella gesta sunt contra gentem Sambitarum, quæ singulariter enumerare nimis longum esset, tamen aliqua sunt ponenda. Frater Henricus dictus Stango Commendator de Christburg cum exercitu magno de Magistri mandato processit ad bellum contra Sabiam & intravit circa locum, ubi nunc situm est Castrum Lochstete tempore hyemali vastando per incendium & rapinam ex utraque parte usque ad villam Girmovv occisis & captis multis hominibus, ubi occurrunt eis Sambitæ armata manu, quibus se opposuit idem Commendator, quasi leo intrepidus, & ut retardaret, quoisque exercitus suis posset recedere ad turum locum, lanceis suis plures vulneravit, tandem circumvenerunt eum Prutheni dolose & plagiis pluribus impeditis de equo dejecerunt. Quod videns frater Hermannus germanus dicti Commendatoris, commota fuerunt viscera ejus su-

Y

per

Poppo de Osterna VI. Magister Gen. Ordinis Teut.
Henricus de Wida III. Mag. Provincialis Prusiae.

per fratre suo, non valens tam injuriosam mortem ipsius sustinere, accessit ad bellum, & post longam defensionem, in qua plures lethaliter vulneravit, ambo mortui ceciderunt; alii fratres cum exercitu suo evaserunt.

CAP. LXVII.

*De**Quodam miraculo.*

DE isto fratre Henrico Stango-
 ne Commendatore de Christ-
 burg refertur indubitanter, quod
 dum ipse in capella flexis genibus
 ante altare rogaret Deum, ut o-
 stenderet ei aliquo signo, si ejus
 gratiam meruisset, crucifixus li-
 gneus, coram quo oravit, extendit
 brachium suum, & cruce signan-
 do ipsum benedixit, quo signo vi-
 so contentus recessit. Hoc vidit & publicavit frater Henricus
 eijusdem castri Sacerdos, qui tunc orando in quodam capella ar-
 gulo latitabat.

An. Domini MCCLIII. Alexan-
der Papa IV. quondam legatus
Wilbemus terræ Poloniae &
Prusbia, vacante Imperio fedit.
Hic fuit beneficus gratiosus &
pius in pauperes & multa bona
qui angustias, quas ibi fratres
domus Teutonica & alii Christi
fideles patiuntur, fide viderat o-
culatâ.

CAPUT LXIX.

*De**Prænósticatione eventus belli*
Sambitarum.

Sam